

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6898

**Autre(s) référence(s) :** Round 641

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1162]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre l'abbaye de Saint-Évroul et Robert [comte de Gloucester], oncle de Henri II, au sujet de l'église du Sap, à la suite d'une reconnaissance faite par douze chevaliers légalement commis à cet effet. Acte suspect ou remanié.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCXIV, t. 1, p. 351-353.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 641.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 351-352.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, [et] dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, ballivis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem et pacem.

Noverit universitas vestra quod, cum ecclesia Sancti Petri de Sappo, cum capella Sancti Martini et decimis et hominibus et terris et aliis pertinenciis suis et plenis atque integris decimis molendini ejusdem ville, quod est apud Novillam, et prepositure et omnium reddituum et emendacionum atque augmentacionum que modo sunt vel esse poterunt futuris temporibus in villa de Sappo et pertinentiis suis, quantum durat parrochia Sancti Petri, recognita fuissent Roberto abbatii et monachis Sancti Ebrulfi, et decima furni ejusdem ville, si eum dicti abbas et monachi calfare non vellent in elemosinam sui monasterii, per duodecim legales milites et alios homines de visneto Sappi, versus Robertum filium Regis, avunculum meum, et Matildim, uxorem suam, qui supradicta omnia ad suum laicum

feodum pertinere clamabant, die festo Sancte Cecilie, apud Rothomagum, coram Rotrodo, Ebroicensi episcopo, tunc temporis justiciam meam per totam Normanniam exercente, et super hiis omnibus memorati abbas et monachi a jam dictis Roberto et Matilde postea multociens injuste vexati fuissent atque turbati, me tandem, per Dei gratiam, auxilium opemque multorum prudentum et religiosorum virorum, inter eos fecisse concordiam, in hunc modum quod supradicta omnia que in hac presenti carta mea continentur de cetero in perpetuum in puram, liberam et quietam elemosinam remanebunt abbacie Sancti Ebrulfi. Et quia tunc temporis proprium sigillum non habebant, ad eorum petitionem et instanciam, presenti carta mea et sigilli mei munimine concordiam istam confirmavi, abbati et monachis Sancti Ebrulfi contra omnem calumpniam et reclamacionem predictorum Roberti et Mathildis, uxoris sue, valitura[m]. Et pro hac concessione et concordia observanda firmiter et tenenda, habuerunt sepedicti Robertus et Mathilda in presencia mea duos palefridos valentes viginti libras Andegavensium de bonis abbacie Sancti Ebrulfi. Quare volo et firmiter precipio ut hec concordia et pax ita firmiter et sine dolo ab utraque parte in perpetuum illesa conservetur et integra, sicut ad preces utriusque partis in hac presenti carta mea continetur.  
Teste meipso, Rotrodo Ebroicensi et Arnulfo Lexoviensi episcopis.  
Apud Rothomagum.